



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Metus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Metus, vide Contractus.*

1. **M**etus iustus, seu cadens in constantem virum, est, quo probabiliter quis sibi aut suis timet graue malum: excusatque foeminam minor metus, quam virum.

Metus. De metu multa *Azor. l. 1. c. 10. 11.*

\*Vide *Azor. l. c. Syl. vers. Metus.*

2 Metus iustus excusat à peccato mortali: in lege humana, & ijs quæ requirunt cōsensum liberum, vt voto, & matrimonio, tollit obligationem, cum ab aliquo ad hæc facienda incutitur. Quidam tamen putant in voto manere obligationem, si quis habuit animum se obligandi, vt manet in iuramento.

\*Peccato *3 Fum. ex com. 59. Syl. eod. 5. q. 14. Azor. c. 11. q. 1. & alij;* at Caiet. Adria. & Canonū periti negant.

Voto *3 c. Perlatum, de iis, quæ vi, metu ve, Azor. l. c. q. 6. casu 7. Syl. metus nu. 8.*

Mat. *3 Azor. l. c. q. 5.*

Iuramentum metu extortum seruandum vel petenda dispensatio. *Azor. l. c. q. 12. ex com.*

3 Quicumque metus, etiam minor iusto, est causa principalis actus sine qua non fieret, illum annullat coram Deo, vt promissionem, votum, & matrimonium, secundum quosdā, quod mihi non videtur tutum.

\*Vide *Azor. l. c. q. 16. 17.*

4 Qui iustè metum incutit, non dicitur vim facere, vt ideo cōtractus debeat cēseri nullus.

T s

\*Vide



\*Vide *Azor. c. 10. q. 11. Syl. metus. q. 6.*

*Milites, vide Bellum.*

*Minor, vide Contractus.*

1. **M**Inoris tutela durat vsque ad pubertatem: inde vsque ad vigesimum quintum annum completum sub curatore. Quod si non habet curatorem, gesta per eum valent.

\*De minore multa *Sanchez de matrim. t. 1. d. 37. 38. l. 6.*

Tutelaꝝ *Mol. d. 220. probatus in viro anno 14. in foemina 12. expleto. ibid.*

Quod si sed læsi restituuntur in integrum. *l. 1. §. vi. ff. de minor. ib.*

Quando tutela finiatur docet *Mol. d. 225.*

2. Minor ingressus Religionem potest bona sua alienare, velut enim moritur, molo sit doli capax: nam ante septennium nulla eius obligatio valet.

\**Fum. vers. Minor. 2. Syl. eodem.*

3. Minor potest alium obligare ad sui utilitatem, & pubertati proximus, potest se alteri obligare cum tutoris auctoritate.

\**Mol. d. 224 col. 1055.*

4. Contractui à se facto cum aliquo, vt emptionis, aut venditionis, potest stare si velit, & tunc alter tenebitur: sed poterit is etiam exigere auctoritatem tutoris, & si opus sit, etiam iudicis, cum ille non vult stare, verbi gratia,